Fragmentarium

VIII B20/9

exercentibus tyrannidem: his autem tan
tum ostendere quemadmodum inimici il
lorum exterminabantur. Et enim cum sup
venit illis seva bestiarum ira. morsibus
perversorum colubrorum exterminabantur.
Sed non in perpetuum permansit ira
tua: sed ad correptionem in brevi ~~brevi~~
turbati sunt: signum habentes salutis
ad commemorationem mandati legis ~~dei~~ tue.
Qui enim conversus est non per hoc quod
videbat sanabatur: sed per te ~~omnium~~
omnium salvatorem. Et in hoc autem os
tendisti inimicis nostris: quia tu es qui li
beras ab omni malo. Illos autem locusta
rum et muscarum occiderunt morsus
et non est inventa sanitas anime illorum:
quia digni erant ab huiusmodi extermi
nari. Filios autem tuos nec draconum ve
nenatorum vicerunt dentes. Misericordia autem
tua adveniens sanabat illos. In memoria
enim sermonum tuorum. examinabantur
et salvabantur: ne in altam incidentes obli
vionem. non possent uti tuo adiutorio. Et enim
neque herba. neque malagma sanavit illos:
sed tuus domine sermo qui sanat omnia.
Tu es domine qui vite et mortis habes po
testatem: et deducis ad portas mortis et
reducis. Homo autem occidit quidem per
malitiam animam suam: et cum exierit
spiritus non revertetur: nec revocabit animam
que recepta est. sed tuam manum effu
gere impossibile est.
Negantes enim nosse te impii. per for
titudinem brachii tui flagellati sunt.
Novis aquis et grandinibus et pluviis
persecutionem passi sunt: et per ignem
consumpti. Quod enim mirabile erat
in aqua que omnia extinguit plus ig
nis valebat. Vindex est enim orbis iust
orum. Quodam enim [illegible]
mansuetabatur ignis ne comburerentur
que ad impios missa erant animalia. sed
ut ipsi videntes scirent quoniam dei iudicio
patiuntur persecutionem. Et quodam tempore
in aqua super virtutem ignis ardebat un
dique ut iniquam terre nationem extermi
naret: pro quibus angelorum esca nutristi
populum tuum. Et paratum panem de ce
lo prestitistis eis sine labore: omne dele
ctamentum in se habentem. et omnis saporis
suavitatem. Substantiam enim tuam. et
dulcedinem tuam quam in filios habes osten
debas: et deserviens uniuscuiusque volun
tati. ad quod quis volebat convertebatur.
Nix autem et glacies sustinebant vim ig
nis. et non tabescebant: ut scirent quoniam
fructus inimicorum exterminabat ignis ar
dens. in grandine et pluvia coruscans. Hic
autem iterum ut nutrirentur iusti: etiam sue
virtutis oblitus est. Creatura enim tibi fac
tori deserviens. exardescit in tormentum
adversus iniustos. et lenior fit ad benefaci
endum pro his qui in te confidunt. Propter
hoc et tunc in omnia transfigurata omni
um nutrici gratie tue deserviebat ad volun
tatem horum qui te desiderabant. ut scirent
filii tui quos dilexisti domine. quoniam non nativi
tatis fructus pascunt homines. sed sermo
tuus hos qui in te crediderunt conservat.
Quod enim ab igne non poterat exterminari:
statim ab exiguo radio solis calefactum ta
bescebat. ut notum omnibus esset. quoniam
oportet prevenire solem ad benedictionem
tuam: et ad orientem lucis te adorare. Ingrati
enim spes tanquam hibernalis glacies ta
bescet. et disperiet tanquam aqua supva
cua. Magna enim sunt iudicia tua domine
et inenarrabilia verba tua: propter hoc
indisciplinate anime erraverunt. Dum
[illegible] habent iniqui posse dominari

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/7, VIIIB20/8, VIIIB20/9, VIIIB20/10, VIIIB20/11, VIIIB20/12, VIIIB20/13, VIIIB20/14, VIIIB20/15, VIIIB20/92, VIIIB20/94, VIIIB20/97, VIIIB20/98, VIIIB20/104, VIIIB20/115, VIIIB20/116, VIIIB20/117, VIIIB20/164, VIIIB20/183, VIIIB20/9, fol. [1]r – Bible (https://fragmentarium.ms/view/page/F-bcyo/9157/68067)